ET inclinauit ſalomō genua ſua in cō-
ſpectu toti⁹ ecclie iſrl. et aperuit man⁹
ſuas ad celum ⁊ dixit. Domine deus
iſrl nō eſt ſimil deus in celo ſurſum: neqꝫ i ter-
ra deorſum: q̄ cuſtodis teſtamentū tuū et mi-
ſericordiā pueris tuis euntibus in conſpectu
tuo in toto corde ſuās puero tuo dauid que
locutus es illi: ⁊ locutus es in ore tuo: ⁊ i ma
nu tua impleſti q̄ſi dies iſte. Et nunc domine
deus iſrl cuſtodi puero tuo dauid patri meo
q̄ locutus es illi dicēs. Nō deerit tibi vir a fa
cie mea ſedēs in throno iſrl. verūtamen ſi cu-
ſtodierint filij tui legē meā: ⁊ in p̄ceptis meis
ambulēt. ſicut ambulauerūt in ꝯſpectu meo
fideles. Et nūc dn̄e deus iſrl. creditū eſt ver/
bum qđ locutus es puero tuo dauid: q̄niam
ſi vere habitauit deus cū hominibus in terra.
Si celū ⁊ celi celorū nō ſufficiāt tibi: quanto-
magis dom⁹ hec quā edificaui. Sed reſpici/
as ad orationē ſerui tui: ⁊ dep̄cationē ei⁹: vt
exaudias dn̄e placationē oratiōis quā puer
tu⁹ orat corā te hodie: vt ſint oculi tui ſup do
mū hāc die ac nocte. i locū quē dixiſti iuoca-
re nomen tuū: ⁊ exaudias orationē quā puer
tuus orat in hoc loco: ⁊ exaudias p̄cationē
pueri tui et pp̄li tui iſrael. ſi orauerint in loco
iſto: ⁊ exaudias in loco habitatōnis de celo:
⁊ exaudias et ꝓpiti⁹ ſis. ſi peccauerit vir i te.

Explicit Oratio Salomonis. Incipit
ꝓlogus in Eſaiam prophetam.

NEmo cū ꝓphetas v̄ſibus vide
rit eſſe deſcriptos: metro eos e-
ſtimet apud hebreos ligari: et
aliq̄d ſile habere de pſalmis vl
opibus Salomonis. Sꝫ qđ in
Demoſthene ⁊ Tullio ſolet fieri: vt per cola
ſcribant ⁊ comata: q̄ vtiqꝫ ꝓſa ⁊ nō v̄ſib⁹ cō/
ſcripſerūt. Nos q̄ꝫ vtilitati legentiū ꝓuiden
tes. interp̄tatōꝫ nouā nouo ſcribendi genere
diſtinximus. Ac p̄muꝫ de Eſaia ſciēdum. q̄
in ſermone ſuo diſertus ſit. quippe vt vir no-
bilis et vrbane elegātie: nec habēs q̄cq̄ꝫ i elo-
quio ruſticitatis admixtuꝫ. Vn̄ accidit: vt p̄
ceteris florē ſermonis eius: trāſlatio nō potu
erit conſeruare. Deinde etiā hoc adijciēduꝫ:
q̄ nō tam ꝓpheta dicēdus ſit. q̄ꝫ euāgeliſta
Ita enī vniuerſa xp̄i eccleſieqꝫ myſteria ad li
quidum ꝓſecutus eſt. vt non putes eū de fu
turo vaticinari. ſꝫ de p̄teritis hiſtoriā texere.
Vn̄ coniJcio noluiſſe tūc tp̄is ſeptuagita int̄-
p̄tes fidei ſue ſacramēta pſpicue ethnicis ꝓ/
dere: ne ſanctum canibus ⁊ margaritas por/
cis darent. que cū hanc editionē legeritis ab
illis animaduertetis abſcōdita. Nec ignoro
quanti laboris ſit ꝓphetas intelligere: nec fa
cile quēpiam poſſe iudicare de interp̄tatio/
ne: niſi itellexerit ante que legerit. Nos quo-
qꝫ patere morſibus plurimorū qui ſtimulāte
inuidia: quod conſequi nō valēt. deſpiciunt
Sciens ergo et prudēs in flammā mitto ma-
nū: ⁊ nihilomin⁹ hꝫ a faſtidioſis lectoribus p̄-
cor: vt quomō greci poſt ſeptuaginta tāſlato
res aquilam ⁊ ſymmachū. ⁊ theodotionē le/
gunt: vel ob ſtudiū doctrine ſue. vl vt ſeptu/
aginta magis ex collatōe eorū intelligāt: ſic
⁊ iſti ſalteꝫ vnū poſt priores habere dignent̄
interpretem. Legant prius. et poſtea deſpici
ant ne videant̄ nō ex iudicio ſed ex odij p̄ſū/
ptione ignorata damnare. Prophetauit aūt
eſaias in hieruſalē et in iudea: necduꝫ decem
tribubus in captiuitatē ductis: ac de vtroqꝫ
regno nūc cōmixtim: nunc ſep̄atim texit ora-
culū. Et cum interdū ad p̄ſenteꝫ reſpiciat hi-
ſtoriam. ⁊ poſt babylonie captiuitatem redi-
tum populi ſignificet in iudeā: tn̄ omis eius
cura de vocatione gētiū ⁊ de aduētu xp̄i eſt.
Quē q̄ꝫto plus amatis o paula ⁊ euſtochiū
tantomagis ab eo petite: vt ꝓ obtrectatione
p̄ſenti q̄ me ideſinent̄ emuli laniāt: ipſe mihi
mercedem reſtituat in futuro. qui ſcit me ob
hoc in peregrine lingue eruditione ſudaſſe:
ne iudei de falſitate ſcripturaruꝫ eccleſijs ei⁹
diutius inſultarent.

Explicit prologus. Incipit argumentuꝫ.

ESaias in hieruſalem nobili
genere ortus eſt: ibiqꝫ ꝓphe
tauit. Sub Manaſſe rege
ſectus in duas partes occu/
buit. Sepultuſqꝫ eſt ſꝫ quer-
cu rogel iux̄ trāſitū aq̄ꝝ. q̄s
olim Ezechias rex iacto obſtuxerat puluē.

Explicit argumentum.
Incipit Eſaias propheta. Caplm I

VIſio Eſaie
filij Amos: quam vidit
ſup iudam et hierl̄m. in
diebus ozie ioathā. ach/
aꝫ et ezechie regū iuda.
Audite celi et aurib⁹ p̄ci
pe terra. qm̄ dn̄s locut⁹
eſt. Filios enutriui ⁊ exaltaui: ip̄i aūt ſpreue
rūt me. Cognouit bos poſſeſſorē ſuū: ⁊ aſin⁹
p̄ſepe dn̄i ſui. Iſrl aūt me nō cognouit: ⁊ popu/
lus meus nō intellexit. Ve genti peccatrici:
populo graui iniquitate. ſemini nequā: filijs
ſceleratis. Dereliquerunt dn̄m. blaſphema/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

runt ſanctũ iſrael: abalienati ſunt retrorſum
Sup quo ꝑcutiam vos vltro addentes ꝑua
ricationẽ. Omne caput languidũ ⁊ om̄e cor
merens. A planta pedis vſq₃ ad verticem: nõ
eſt in eo ſanitas. Vulnus ⁊ liuor ⁊ plaga tu-
mens: nõ eſt circũligata nec curata medica-
mine neq₃ fota oleo. Terra veſtra deſerta: ci/
uitates veſtre ſuccenſe igni. Regionẽ veſtrã
coram vobis alieni deuorãt: ⁊ deſolabit̃ ſicͣ i
vaſtitate hoſtili. Et derelinquet̃ filia ſion vt
vmbraculũ in vinea: ⁊ ſicut tuguriũ in cucu-
merario. ſicut ciuitas q̄ vaſtat̃. Niſi dñs ex/
ercituũ reliquiſſet nobis ſemẽ quaſi ſodoma
fuiſſem⁹ ⁊ q̄ſi gomorra ſiles eſſemus. Audite
verbum dñi pͥncipes ſodomorũ: ꝑcipite au-
ribus legẽ dei veſtri ꝑp̄ls gomorre. Quo mi
hi multitudinẽ victimarũ veſtrarũ dicit dñs
Plenus ſum. Holocauſta arietũ ⁊ adipem
pinguium ⁊ ſanguinẽ vitulorum ⁊ agnorum
⁊ hircorũ nolui. Cũ veneritis ante ꝯſpectu₃
meũ: quis q̄ſiuit hec de manibus veſtris vt
ambularetis in atrijs meis. Ne offeratis vl/
tra ſacrificiũ fruſtra. Incẽſum abominatio ẽ
mihi. Neomeniã ⁊ ſabbatũ ⁊ feſtiuitates ali
as nõ ferã. Iniqui ſunt cetus veſtri. Calen-
das vr̃as ⁊ ſolẽnitates vr̃as odiuit aĩa mea
Facta ſunt mihi moleſta. Laboraui ſuſtinẽſ
Et cũ extenderitis manus veſtras. auertam
oculos meos a vob. ⁊ cu₃ multiplicaueritis
oratõ₃. nõ exaudiã. Man⁹ em̄ vr̃e ſanguine
plene ſunt. Lauamini. mundi eſtote. auferte
malũ cogitationũ veſtrarũ ab oculis meis.
Quieſcite agere ꝑuerſe: diſcite benefacere.
Querite iudiciũ: ſubuenite oppreſſo. iudicate
pupillo. defendite viduã. ⁊ venite ⁊ arguite
me dicit dñs. Si fuerit peccata veſtra vt coc
cinũ. quaſi nix dealbabũt̃. ⁊ ſi fuerint rubra
quaſi vermiculus: velut lana alba erũt. Si vo
lueritis ⁊ audieritis me: bona terre comede-
detis. Q̄ ſi nolueritis: ⁊ me ad iracundiã ꝓ-
uocaueritis gladius deuorabit vos: q̄a os
dñi locutũ eſt. Quõ facta ẽ meretrix ciuitas
fidelis: plena iudicij? Juſticia habitauit in
ea, nunc aũt homicide. Argentũ tuũ verſum
eſt in ſcoriã vinũ tuũ mixtũ eſt aqua. Princi
pes tui infideles ſocij furũ. Oẽs diligũt mu-
nera: ſequunt̃ retributões. Pupillo nõ iu-
dicant: ⁊ cauſa vidue nõ ingreditur ad illos
Propter h̄ ait dñs deus exercituũ fortl iſrl̃.
Heu ego cõſolabor ſup hoſtibus meis: ⁊ vi-
dicabor de inimicis meis. Et cõuertã manũ
meã ad te: ⁊ excoquã ad purũ ſcoriã tuam: et
auferã omne ſtannũ tuum: ⁊ reſtituã iudices
tuos vt fuerunt pͥus: ⁊ cõſiliarios tuos ſicut
antiq̄tus. Poſt hec vocaberis ciuitas iuſti:
vrbs fidelis. Sion i iudicio redimet̃: ⁊ redu-
cent eã in iuſticia. Et cõteret ſceleſtos ⁊ pec-
catores ſimł: ⁊ q̄ dereliquerũt dñ₃: cõſumẽt̃
Cõfundent̃ em̄ ab idolis q̄bus ſacrificauerũt
Et erubeſcẽtes ſup hortis q̄s elegeratis: cũ
fueritis velut quercus defluentib⁹ folijs: et
velut hortus abſq₃ aq̄. Et erit fortitudo vr̃a
vt fauilla ſtuppe. ⁊ op⁹ vr̃m q̄ſi ſcintilla ⁊ ſuc
cendet̃ vtrũq₃ ſimł: ⁊ nõ erit q̄ extiguat. II
Verbũ qđ vidit eſaias fili⁹ amos ſup
iudeã ⁊ hierl̃m. Et erit in nouiſſimis
diebus ꝑparatus mõs dom⁹ dñi in
vertice montiũ: ⁊ eleuabit̃ ſup colles. Et fluẽt
ad eum oẽs gẽtes ⁊ ibũt populi multi ⁊ dicẽt
Venite: aſcẽdam⁹ ad montẽ dñi. ⁊ ad domũ
dei iacob: ⁊ docebit nos ſuas vias ⁊ ambu-
labimus in ſemitis eius: q: de ſion exibit lex:
⁊ verbum domini de hierl̃m. Et iudicabit gẽ-
tes ⁊ arguet ꝑp̄los mł̃tos. Et ꝯflabũt gladios
ſuos in vomeres. ⁊ lanceas ſuas in falces.
Non leuabit gens contra gentem gladium:
nec exercebunt̃ vltra ad ꝑliu₃. Dom⁹ iacob
venite ⁊ ambulem⁹ in lumi̇e dei noſtri. Pro
iecisti em̄ populũ tuũ iacob: q: repleti ſũt vt
olim: ⁊ augures habuerunt vt philiſtijm: ⁊
pueris alienis adheſerũt. Repleta eſt terra
auro ⁊ argento: ⁊ nõ eſt finis theſaurorum eiuſ
Et repleta eſt terra eius equis ⁊ innumerabi
les q̄drige eius. Et repleta eſt terra eius ido
lis. Opus manuũ ſuarũ adorauerũt: qđ fece
runt digiti eorum. Et incuruauit ſe hõ: ⁊ humi
liatus eſt vir. Ne ergo dimittas eis. Ingre-
dere in petram ⁊ abſcondere in foſſa humo a
facie timoris dñi: ⁊ a gloria maieſtatis eius.
Oculi ſublimis homĩs humiliati ſunt: ⁊ in-
curuabit̃ altitudo virorũ. Exaltabit̃ autem
dñs ſolus in die illa: q: dies dñi exercituum
ſup omnẽ ſuꝑbum ⁊ excelſum. ⁊ ſup omne₃
arrogãtẽ: ⁊ humiliabit̃: ⁊ ſup oẽs cedros li-
bani ſublimes ⁊ erectas: ⁊ ſup oẽs querc⁹ ba
ſan: ⁊ ſup omẽs mõtes excelſos ⁊ ſup omnes
colles eleuatos: ⁊ ſup omnẽ turrẽ excelſam ⁊
ſup omnẽ murũ munitũ: ⁊ ſup omẽs naues
tharſis: ⁊ ſup omne qđ viſu pulchrũ eſt. Et
incuruabit̃ oĩs ſublimitas hoĩ₃ ⁊ hũiliabit̃
altitudo virorũ. Et eleuabit̃ dñs ſolus ĩ die
illa. ⁊ idola penitus cõterent̃. Et introibunt
in ſpeluncas petraru₃ ⁊ in voragines terre a
facie formidinis dñi: ⁊ a gloria maieſtatl ei⁹:
cũ ſurrexerit ꝑcutere terram. In illa die pro/
ijciet hõ idola argẽti ſui ⁊ ſimulacra auri ſui
q̄ fecerat ſibi: vt adoraret talpas ⁊ veſꝑtilio/
nes. Et ingrediet̃ ſciſſuras petrarum: ⁊ in ca
uernas ſaxorum a facie formidĩs dñi: ⁊ a gloria
maieſtatis eius: cũ ſurrexerit ꝑcutere terra₃
Quieſcite ḡ ab hoĩe cuius ſpũs in narib⁹ ei⁹ III
eſt. q: excelſus reputat⁹ eſt ipſe.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ecce eñ dñator dominus exercituū
auferet ab hierlꝫ et ab iuda validum
⁊ fortē: omne robur panis ⁊ om̄e ro
bur aq̄: ⁊ fortē et virū bellatorē: ⁊ iudicē ⁊ ꝓ
phetā: ⁊ ariolū: ⁊ ſenē ꝑncipem ſuꝑ q̄nq̄gin-
ta: ⁊ honorabilē vultu: ⁊ ꝯſiliariū. et ſapiētē
de architectis: ⁊ prudētē eloquij myſtici. Et
dabo pueros ꝑncipes eorū: ⁊ effeminati dña
bunt eis. Et corruet ꝑplus. vir ad virum. et
vnuſq̄ſq; ad ꝓximū ſuū. Tumultuabit pu/
er cōtra ſenē. ⁊ ignobil' ꝯtra nobilē. Apprehē
det eñ vir fratrem ſuū domeſticū patris ſui
⁊ dicet. Veſtimentū tibi eſt: ꝑnceps eſto no-
ſter: ruina aūt hec ſub manu tua. Responde
bitq; in die illa dicēs. Nō ſum medicus: ⁊ in
domo mea nō eſt panis neq; veſtimētū. No
lite ꝯſtituere me ꝑncipē ꝑpli. Ruit eñ hierlm
et iudas concidit: q2 lingua eorū ⁊ adinuēti-
ones eorū cōtra dñm: vt ꝓuocarent oculos
maieſtatis eius. Agnitio vultus eorū reſpō-
debit eis. ⁊ peccatū ſuū quaſi ſodoma p̄dica
uerūt: nec abſconderūt. Ve aie eorū. q̄m red
dita ſunt eis mala. Dicite iuſto q̄m bene q̄m
fructū adinuentionū ſuarū comedet. Ve im/
pio in malū. Retributio eñ manuū ei' fiet ei
Populū meū exactores ſui ſpoliauerunt: et
mulieres dñate ſūt eis. Popule meus qui te
beatū dicūt. ipſi te decipiūt: ⁊ viam greſſuū
tuorū diſſipant. Stat ad iudicādū dñs ⁊ ſtat
ad iudicādos ꝑplos. Dñs ad iudiciū veniet
cū ſenibus populi ſui ⁊ ꝑncipibus ei'. Vos
eñ depaſti eſtis vineā meā: ⁊ rapina paupe
ris in domo vr̄a. Quare atteritis ꝑplm meū
et facies pauperū cōmolitis dicit dñs exerci
tuū. Et dixit dñs de'. Pro eo q̄ eleuate ſunt
filie ſion: ⁊ ambulauerūt extento collo: et nu-
tibus oculorū ibāt: ⁊ plaudebāt: et ambula/
bāt: ⁊ pedibus ſuis cōpoſito gradu incedebāt:
decaluabit dñs v̄ticē filiarū ſion. ⁊ dñs cri-
nem earū nudabit. In die illa auferet dñs or
namentū calciamentorū ⁊ lunulas ⁊ torques
⁊ monilia ⁊ armillas ⁊ mitras ⁊ diſcrimialia
⁊ periſcelides et murenulas et olfactoriola
⁊ inaures ⁊ ānulos. ⁊ gēmas in frōte pēdētes
⁊ mutatoria ⁊ palliola ⁊ lintheamina ⁊ acus
⁊ ſpecula ⁊ ſyndones ⁊ vittas ⁊ theriſtra. Et
erit ꝓ ſuaui odore fetor. ⁊ pro zona funicul'
⁊ ꝓ criſpāti crine caluiciū: ⁊ pro faſcia pecto-
rali cilicium. Pulcherrimi q̄q; viri tui gladio
cadent. ⁊ fortes tui in ꝓlio. Et merebūt atq;
lugebūt porte ei'. ⁊ deſolata in terra ſedebit.
T apprehendēt ſeptem mu/ IIII
lieres virum vnum in die illa dicen-
tes. Panē noſtrū comedemus. ⁊ ve/
ſtimentis noſtris operiemur. tantūmō inuo
cetur nomē tuum ſuꝑ nos. aufer obprobriū
noſtrū. In die illa erit germen dñi in magni-
ficentia. ⁊ gloria fructus terre ſublimis. ⁊ ex
ultatio i his q̄ ſaluati fuerit d̄ iſrl̄. Et erit oīs
q̄ relictus fuerit in ſion. ⁊ reſiduus in hierlm
ſanct' vocabit oīs qui ſcriptus eſt in vita in
hierlm. Si abluerit dñs ſordē filiarum ſion.
et ſanguinem hierlm lauerit de medio ei'. in
ſpū iudicij ⁊ ſpū ardoris. Et creabit dñs ſuꝑ
omnē locum montis ſion. ⁊ vbi inuocat' eſt.
nubē ꝑ diē ⁊ fumū ⁊ ſplēdorē ignis flamman
tis in nocte. Suꝑ omnē eñ gl'iam protectio.
⁊ tabernaculū erit in vmbraculo diei ab eſtu
⁊ i ſecuritatem ⁊ abſconſionem a turbine ⁊
a pluuia. V
Cantabo dilecto meo canticū patrue-
lis mei. vinee ſue. Vinea facta eſt di/
lecto meo. in cornu filio olei. Et ſepi/
uit eam. ⁊ lapides elegit ex ea. ⁊ plātauit vi/
neam electā. Et edificauit turrim i medio ei'
⁊ torcular extruxit in ea. Et expectauit vt fa
ceret vuas. ⁊ fecit labruſcas. Nūc ergo habi
tatores hierlm ⁊ viri iuda. iudicate inter me
⁊ vineā meā. Quid eſt quod debui vltra fa-
cere vinee mee ⁊ nō feci ei? An q̄ expectauit
vt faceret vuas ⁊ fecit labruſcas? Et nūc oſtē
dam vobis q̄d ego faciam vinee mee. Aufe-
ram ſepem ei' ⁊ erit in direptionē. Diruam
maceriā eius ⁊ erit in cōculcationē. ⁊ ponā
eā deſertā. Nō putabit ⁊ nō fodet. ⁊ aſcēdēt
ſuꝑ eā vepres ⁊ ſpine ⁊ nubibus mādabo ne
pluāt ſuꝑ eam imbrem. Vinea aūt dñi exer/
cituū domus iſrael eſt. ⁊ vir iuda germen ei'
delectabile. Et expectaui vt faceret iudiciū
⁊ ecce iniq̄tas: ⁊ iuſticiā. ⁊ ecce clamor. Ve
qui coniungitis domum ad domum. ⁊ agrū
agro copulatis vſq; ad terminum loci. Nun
quid habitabitis vos ſoli i medio terre? In
auribus meis ſunt hec dicit dominus exerci
tuum. Niſi domus multe deſerte fuerint grā
des ⁊ pulchre. ⁊ abſq; habitatore. Decē eñ
iugera vinearum faciunt laguncuIam vnam
⁊ triginta modij ſementis faciunt modios
tres. Ve qui conſurgitis mane ad ebrietatē
ſectandam ⁊ potandum vſq; ad veſperam vt
vino eſtuetis. Cithara ⁊ lyra ⁊ tympanum
⁊ tibia ⁊ vinum in conuiuijs veſtris ⁊ opus
domini non reſpicitis. nec opera manuum
eius conſideratis. Propterea captiuus du-
ctus eſt populus meus q2 non habuit ſcien-
tiam. ⁊ nobiles eius interierūt fame. ⁊ multi
tudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit i
fernus aīam ſuam. ⁊ aperuit os ſuum abſq;
vllo termino. Et deſcēdēt fortes ei'. ⁊ ꝑplus
eius ⁊ ſublimes glorioſiq; eius ad eum. Et
incuruabit homo ⁊ humiliabitur vir ⁊ ocu-
li ſublimiū deprimēt. Et exaltabit domin'

exercituũ in iudicio. et deus ſanctus ſanctifi-
cabit in iuſticia. Et paſcent agni iuxta ordi-
nem ſuũ. ⁊ deſerta in vbertatem verſa aduene
comedent. Ve qui trahitis iniq̃tatem in funi
culis vanitatis. et quaſi vinculum plauſtri
peccatum. Qui dicitis. feſtinet. et cito veni-
at opus eius. vt videamus et appropiet et ve
niat cõſilium ſancti iſrael. ⁊ ſciemꝰ illud. Ve
qui dicitis maluʒ bonũ: et bonum malũ. po-
nentes tenebras lucẽ et lucẽ tenebras. ponen
tes amarum in dulce et dulce in amaruʒ. Ve
qui ſapientes eſtis in oculis veſtris: et coraʒ
vobiſmetipſis prudentes. Ve qui potentes
eſtis ad bibendum vinũ: et viri fortes ad mi-
ſcendam ebrietatem. Qui iuſtificatis impiuʒ
p̱ muneribus. et iuſticiaʒ iuſti aufertis ab eo
Propter hoc ſicut deuorat ſtipulam lingua
ignis: ⁊ calor flamme exurit: ſic radix eorum
quaſi fauilla erit: ⁊ germen eorum vt puluis
aſcendet. Abiecerunt eñi legem dñi exercitu-
um: et eloquiũ ſancti iſrael blaſphemauerũt
Ideo iratus eſt furor dñi in populum ſuum:
et extendit manum ſuã ſup eum: et percuſſit
eum. Et conturbati ſunt mõtes: et facta ſunt
morticina eorũ quaſi ſtercus in medio plate
arum. In his omibus non eſt auerſus furor
eius: ſed adhuc manus eius extenta. Et ele-
uabit ſignuʒ in nationibus p̱cul: et ſibilabit
ad euʒ de finibus terre: ⁊ ecce feſtinus velo-
citer veniet. Nõ eſt deficiẽs neq̃ laborãs in
eo: non dormitabit neq̃ dormiet. neq̃ ſoluet
cingulũ renum eius: nec rumpet corrigia cal
ciamenti eius. Sagitte eius acute: et omnes
arcus eius extenti. Vngule equoꝝ eius vt ſi
lex: ⁊ rote eius quaſi impetꝰ tempeſtatis. Ru-
gitus eius vt leonis: rugiet vt catuli leonum
Et frendet et tenebit p̃dam ⁊ amplexabitur:
⁊ nõ erit q̃ eruat: ⁊ ſonabit ſup eum in die il-
la ſicut ſonitus maris. Aſpiciemus in terraʒ
⁊ ecce tenebre tribulatõis: ⁊ lux obtenebra-
ta eſt in caligine eius. VI

In anno quo mortuus eſt rex ozias
vidi dñm ſedenteʒ ſup ſoliũ excelſuʒ
⁊ eleuatum: ⁊ plena erat domꝰ a ma-
ieſtate eius: et ea que ſub ipſo erãt replebant
templũ. Seraphin ſtabant ſup illud: ſex ale
vni: ⁊ ſex ale alteri. Duabus velabãt faciem
eius: ⁊ duabus velabant pedes eius: ⁊ dua-
bus volabãt. Et clamabãt alter ad alterũ: et
dicebãt. Sanctꝰ ſanctꝰ ſanctꝰ dñs deus exer-
cituũ: plena eſt omis terra gl'a eius. Et com-
mota ſunt ſupliminaria cardinuʒ a voce cla-
mantis: et domus repleta eſt fumo. Et dixi.
Ve mihi q' tacui: q' vir pollutus labijs ego
ſum. ⁊ in medio populi polluta labia haben-
tis ego habito. et regem dñm exercituũ vidi
ocul' meis. Et volauit ad me vnꝰ de ſeraphi
⁊ in manu eius calculus queʒ forcipe tulerat
de altari: ⁊ tetigit os meũ ⁊ dixit. Ecce tetigi
hoc labia tua ⁊ auferet iniq̃tas tua: ⁊ pecca-
tum tuũ mũdabit. Et audiui vocẽ dñi dicen
tis. Quem mittam ⁊ quis ibit nob? Et dixi.
Ecce ego mitte me: Et dixit. Vade et dices
populo huic. Audite audientes et nolite in-
telligere: ⁊ videte viſioneʒ ⁊ nolite cognoſce
re. Excecа cor populi huiꝰ ⁊ aures eius agg̃-
ua ⁊ oculos eius claude: ne forte videat ocu-
lis ſuis ⁊ auribus ſuis audiat. ⁊ corde ſuo in
telligat ⁊ cõuertat: ⁊ ſanem eũ. Et dixi. Vſ
q̃quo dñe? Et dixit. Donec deſolent ciuita-
tes abſq̃ habitatore. et domus ſine homine.
Et terra relinquet deſerta: ⁊ longe faciet do-
minꝰ hoĩes. Et multiplicabit q̃ derelicta fue-
rat in medio terre et adhuc in ea decimacio.
Et conuertet et erit in oſtẽſionẽ ſicut there-
binthus: ⁊ ſicut quercus q̃ expandit ramos
ſuos. Semẽ ſanctũ erit id qđ ſteterit in ea.

Et factũ eſt in diebus achaz VII
filij ioathan filij ozie regis iuda aſcẽ-
dit raſin rex ſyrie. ⁊ facee filius rome
lie rex iſrl' in hierl'm ad p̃liandũ contra eaʒ: ⁊
non potuerũt debellare eã. Et nunciauerũt
domui dauid dicentes. Requieuit ſyria ſup
effraim ⁊ cõmotum eſt cor eius et cor populi
eiꝰ ſicut mouent ligna ſiluarum a facie venti
Et dixit dñs ad eſaiam. Egredere in occur-
ſum achaz tu ⁊ qui derelictus eſt iaſub filius
tuus. ad extremũ aqueductꝰ piſcine ſupioris
in via agri fullonis: ⁊ dices ad euʒ. Vide vt
ſileas. Noli timere: ⁊ cor tuum ne formidet a
duabus caudis titionũ fumigantiũ iſtorũ in
ira furoris raſin regis ſyrie ⁊ filij romelie: eo
q' conſiliũ inierit cõtra te ſyria in maluʒ: ⁊ ef-
fraim ⁊ filius romelie dicentes. Aſcendamus
ad iudã: ⁊ ſuſcitemus eũ: ⁊ auellamus eũ ad
nos: ⁊ ponamus regẽ in medio eius filiuʒ ta-
beel. Hec dicit dominus deus. Non ſtabit ⁊
non erit iſtud: ſed caput ſyrie damaſcus: et
caput damaſci raſin. Et adhuc ſexaginta et
q̃nq̃ anni: et deſinet effraim eſſe populus: et
caput effraim ſamaria: ⁊ caput ſamarie filius
romelie. Si non crediderítis: nõ p̱manebitis
Et adiecit dñs loqui ad achaz dicens. Pe-
te tibi ſignum a dño deo tuo in profundum
inferni ſiue in excelſum ſupra. Et dixit achaz
Non petam: ⁊ nõ temptabo dñm. Et dixit.
Audite ergo domus dauid. Nunq̃d parum
vobis eſt moleſtos eſſe hominibus quia mole
ſti eſtis et deo meo? Propter hͦ dabit dñs ip
ſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet et pa
riet filiũ: ⁊ vocabit nomẽ eius emanuel. Bu
tyruʒ ⁊ mel comedet: vt ſciat reprobare ma-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lum ⁊ eligere bonū. Quia anteq̃ ſciat puer
reprobare malū ⁊ eligere bonū: derelinquet
terra quā tu deteſtaris a facie duorū regū
ſuorū. Adducet dñs ſup te ⁊ ſup pplm tuum
⁊ ſup domum patris tui. dies q̄ nō venerunt
a diebus ſepationis effraim a iuda. cū rege aſ
ſyriorū. Et erit in die illa ſibilabit dñs muſce
que eſt in extremo fluminum egypti. ⁊ api q̄
eſt in terra aſſur: ⁊ venient ⁊ requieſcent oēs
in torrentibus vallium. ⁊ in cauernis petra-
rum ⁊ in omnibus frutetis et in vniuerſis fo
raminibus. In die illa. radet dominus in no
uacula conducta in his qui trans flumē ſunt
in rege aſſyriorū caput: ⁊ pilos pedū: et bar-
bam vniuerſam. Et erit in die illa: nutriet hō
vaccā boum: ⁊ duas oues: et p̄ vbertate la-
ctis comedet butyrū. Butyrū eñ et mel mā-
ducabit omis hō qui relictus fuerit ī medio
terre. Et erit in die illa. omis locus vbi fuerit
mille vites. mille argenteis: ⁊ in ſpinas ⁊ in
vepres erunt. Cum ſagittis ⁊ arcu ingrediē-
tur illuc. Vepres eñ ⁊ ſpine erunt in vniuer
ſa terra. Et omēs montes q̄ in ſarculo ſarien
tur. non veniet illuc terror ſpinarum ⁊ vepri
um: ⁊ erit in paſcuam bouis ⁊ in conculcati-
onem pecoris. VIII
Et dixit dñs ad me. Sume tibi librū
grandem: ⁊ ſcribe in eo ſtilo hoīs:
velocit̄ ſpolia detrahe cito predare.
Et adhibui mihi teſtes fideles vriā ſacerdo
tem ⁊ zachariā filiū barachie. Et acceſſi ad p
phetiſſam: ⁊ cōcepit ⁊ peperit filiū. Et dixit
dñs ad me. Voca nomen eiꝰ: accelera. ſpolia
detrahe. feſtina predari: qr anteq̃ ſciat puer
vocare patrem ſuū ⁊ matrē ſuā. auferet forti
tudo damaſci. et ſpolia ſamarie corā rege aſ-
ſyriorū. Et adiecit dñs loq̄ ad me adhuc di-
cens. Pro eo q̄ abiecit pplꝰs iſte aquas ſyloe
que vadunt cum ſilentio ⁊ aſſumpſit magis
raſin et filiū romelie: ppter hoc ecce dñs ad-
ducet ſup eos aquas fluminis fortes ⁊ mul-
tas: regē aſſyriorū ⁊ omnē gl'ā eius. Et aſcē
det ſup omēs riuos eius et fluet ſup vniuer-
ſas ripas eius. ⁊ ibit p iudā inundans ⁊ trā
ſiens vſq̄ ad collū veniet. Et erit extēſio ala-
rum eius implēs latitudinē terre tue o ema-
nuel. Cōgregamini populi ⁊ vincemi. ⁊ au-
dite vniuerſe ꝓcul terre. Cōfortamini ⁊ vin-
cemi: accigite vos ⁊ vincemi: inite cōſiliū et
diſſipabit̄: loquimini verbū ⁊ nō fiet. qr no
biſcum deus. Hec eñ ait dñs ad me. Sicut i
manu forti erudiuit me: ne irem in via popu
li huius dicēs. Nō dicatis. ꝯiuratio. Omia
eñ que loquit̄ populus iſte. cōiuratio ē. Et
timore eius ne timeatis: neq̄ paueatis. Do-
minū exercituū ipm ſanctificate: ipſe pauor
veſter ⁊ ipſe terror veſter: ⁊ erit vobis in ſan
ctificationem: in lapidem aūt offenſiōis ⁊ pe
tram ſcandali duabus domibus iſrael. ⁊ ī la-
queum ⁊ in ruinam habitantibus hieruſalē.
Et offendent ex eis plurimi: ⁊ cadent et con-
terētur et irretient̄ ⁊ capient̄. Liga teſtimo-
niū ſigna legē ī diſcipul' meis: expectabo do-
minū q̄ abſcondit faciē ſuam a domo iacob. ⁊
p̄ſtolabor eum. Ecce ego et pueri mei quos
dedit mihi dominus in ſignum et in portētū
iſrl' a dño exercituū q̄ habitat in monte ſion.
Et cum dixerint ad vos. q̄rite a phitonibus
⁊ a diuinis q̄ ſtrident ī incantationibus ſuis
nunq̄d nō populus a deo ſuo req̄ret viſionē
p viuis ac mortuis? Ad legem magis et ad
teſtimoniū. Q̄ ſi nō dixerit iuxta verbū hoc
nō erit eis matutina lux. Et tranſibit p eā ⁊
corruet et eſuriet: et cum eſurierit iraſcetur:
et maledicet regi ſuo et deo ſuo. Et ſuſpiciet
ſurſum. et ad terrā intuebit̄: ⁊ ecce tribulatio
et tenebre ⁊ diſſolutio et āguſtia ⁊ caligo pſe-
quēs: et poterit auolare de anguſtia ſua.
Primo tempe alleuiata eſt IX
terra zabulon ⁊ terra neptalim et no
uiſſimo aggrauata eſt via maris trāſ
iordanē galilee gentiū. Populus q̄ ambula-
bat in tenebris vidit lucem magnā: habitāti-
bus in regione vmbre mortis. lux orta ē eis
Multiplicaſti gētē nō magnificaſti leticiā
Letabunt̄ coram te ſicut q̄ letantur in meſſe
ſicut exultant victores capta p̄da quādo di-
uidunt ſpolia. Iugum eñ oneris eius: et vir
gam humeri eius: et ſceptrum exactoris eius
ſuperaſti: ſicut in die madian. Quia ois vio-
lenta p̄datio cum tumultu. et veſtimentū mi-
xtum ſanguine erit in combuſtionem et cibꝰ
ignis. Paruulus eñ natus eſt nobis. et filiꝰ
datus eſt nobis et factus eſt p̄cipatꝰ ſup hu
merum eiꝰ: et vocabit̄ nomen eiꝰ admirabil'.
conſiliarius. deus fortis. pater futuri ſeculi.
p̄nceps pacis. Multiplicabit̄ eius imperiū
⁊ pacis nō erit finis: ſup ſoliū dauid et ſup re
gnum eius: vt cōfirmet illud et corroboret in
iudicio et iuſticia amodo et vſq̄ in ſempit'nū
Zelus dñi exercituum faciet hoc. Verbum
miſit dominꝰ in iacob: et cecidit in iſrael. Et
ſciet ois populus effraim et habitantes ſama
riam in ſuperbia et magnitudine cordis. di-
centes. Lateres ceciderunt: ſed quadris lapi
dibus edificabimus: ſycomoros ſucciderūt.
ſed cedros immutabimus. Et eleuabit dñs
hoſtes raſin ſup eum. et inimicos eius in tu-
multū vertet. ſyriā ab oriēte. et philiſtijm ab
occidēte. et deuorabūt iſrl' toto ore. In omni
bus his nō eſt auerſus furor eius ſed adhuc
manus eius extenta. et pplꝰs non eſt reuerſus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad pcutientem ſe. ⁊ dñm exercituũ nõ inqſie-
runt. Et diſperdet dñs ab iſrl' caput ⁊ caudã
incuruantem et deprauãtẽ die vna. Longe-
uus ⁊ honorabilis ipſe ẽ caput. ⁊ pphēta do
cens mendaciũ ipſe eſt cauda. Et erũt q̃ bea-
tificant pplm iſtum ſeducentes et q̃ beatificã/
tur pcipitati. Propt' hoc ſup adoleſcẽtulis
ei⁹ nõ letabit' dñs. et pupillorũ eius et vidu
arum nõ miſerebit'. Quia omis hypocrita ẽ
et nequã. ⁊ vniuerſũ os locutũ eſt ſtulticiam
In omibus his nõ eſt auerſus furor eius. ſʒ
adhuc manus eius extenta. Succenſa eſt
eñ quaſi ignis impietas. veprem et ſpinam
vorabit. Et ſuccendet' in dẽſitate ſaltus ⁊ cõ
uoluetur in ſupbia fumi. In ira dñi exercitu
um cõturbata eſt terra. ⁊ erit populus quaſi
eſca ignis. Uir fratri ſuo nõ parcet. et decli-
nabit ad dexterã ⁊ eſuriet ⁊ comedet ad ſini-
ſtram et non ſaturabit'. Unuſq̃ſq; carnẽ bra-
chĳ ſui vorabit. manaſſes effraim. et effraim
manaſſen: ⁊ ſimul ipſi ꝯtra iudã. In omnib⁹
his nõ ẽ auerſus furor ei⁹: ſed adhuc manus X
eius extenta.

VE qui condunt leges iniquas: et ſcri
bentes iniuſticiã ſcripſerũt vt oppri-
merent in iudicio paupes: et vim fa-
cerent cauſe humiliũ populi mei: vt eſſent vi
due preda eorũ ⁊ pupillos diriperent. Quid
facietis in die viſitationis et calamitatis de
longe venientis? Ad cuius cõfugietis auxiliũ
⁊ vbi derelinquetis glãm vrãm: ne incurue-
mini ſub vinculo: ⁊ cum interfectis cadatis?
Sup omibus his nõ eſt auerſus furor eius
ſed adhuc manus eius extẽta. Ue aſſur Uir
ga furoris mei et baculus ipſe ẽ. In manu ei⁹
indignatio mea. Ad gentẽ fallacẽ mittã eum
et contra pplm furoris mei mandabo illi: vt
auferat ſpolia et diripiat pdam: et ponat illũ
in conculcatõem q̃ſi lutũ platearũ. Ipſe autẽ
nõ ſic arbitrabit': et cor eius nõ ita eſtimabit.
ſed ad cõterendũ erit cor ei⁹ et ad internitio-
nem gentiũ nõ paucarũ. Dicet eñ. Nunq̃d
nõ pncipes mei ſimul reges ſunt? Nunq̃d nõ
vt carchamis. ſic calanno: ⁊ vt arphat. ſic e/
math. Nunq̃d nõ vt damaſcus. ſic ſamaria?
Quõ inuenit manus mea regna idoli: ſic ⁊ ſi
mulacra eorũ de hierlm ⁊ de ſamaria. Nun-
q̃d nõ ſicut feci ſamarie ⁊ idolis ei⁹: ſic faciã
hierlm ⁊ ſimulacris eius? Et erit cũ impleue
rit dñs cuncta opa ſua in monte ſion ⁊ i hie-
ruſalẽ. viſitabo ſup fructũ magnifici cordis
regis aſſur. ⁊ ſup glãm altitudinis oculorũ
eius. Dixit eñ. In fortitudine manus mee
feci et in ſapiẽtia mea intellexi. Et abſtuli ter
minos pplor: et pncipes eorũ depdat⁹ ſum:
et detraxi quaſi potẽs in ſublimi reſidentes.
Et inuenit q̃ſi nidum man⁹ mea fortitudinẽ
pplor: et ſicut colligunt' oua q̃ derelicta ſunt
ſic vniuſam terrã ego cõgregaui: et nõ fuit q̃
moueret pennã et aperiret os ⁊ ganiret. Nũ
q̃d gloriabit' ſecuris cõtra eum q̃ ſecat in ea:
aut exaltabit' ſerra cõtra eum a quo trahitur
Quõ ſi eleuet' virga contra eleuantẽ ſe: ⁊ exal
tetur baculus q̃ vtiq; lignũ eſt. Propter hoc
mittet domiator dñs exercituũ in pinguib⁹
eius tenuitatẽ: et ſubtus glãm eius ſuccenſa
ardebit q̃ſi cõbuſtio ignis: et erit lumẽ iſrae-
el in igne: et ſanct⁹ eius in flãma: et ſuccẽdet' ⁊
deuorabit' ſpina eius: et vepres in die vna et
gl'ia ſaltus ei⁹ et carmeli ei⁹ ab anima vſq; ad
carnẽ cõſumet'. Et erit terrore pfugus: et re-
liq̃e ligni ſalt⁹ eius p paucitate numerabun/
tur. et puer ſcribet eos. Et erit in die illa. non
adĳciet reſiduũ iſrael: et hi q̃ fugerit d' domo
iacob inniti ſup eo qui pcutit eos: ſed innite-
tur ſup dñm ſanctũ iſrl'. In veritate reliquie
ꝯuertent': reliquie inquã iacob ad deũ fortẽ.
Si eñ fuerit pplus tuus iſrl' q̃ſi arena maris
reliq̃e conuertent' ex eo. Cõſummatio abbre/
uiata inundabit iuſticiã. Cõſummationẽ eñ
et abbreuiatõẽ dñs deus exercituũ faciet in
medio omis terre. Propt' hoc hec dicit dñs
deus exercituũ. Noli timere ppl's meus habi
tator ſion ab aſſur. In virga eñ pcutiet te. et
baculũ leuabit ſup te in via egypti. Adhuc
eñ paululum modicumq;: et conſummabit'
indignatio mea ⁊ furor meus ſup ſcelus eorũ
Et ſuſcitabit ſup eũ dñs exercituũ flagellũ
iuxta plagã madian in petra oreb. et virgam
ſuã ſup mare. et leuabit eã in via egypti. Et
erit in die illa auferet' onus eius de humero
tuo et iugũ eius de collo tuo. et cõputreſcet
iugum a facie olei. Ueniet in aioth. trãſibit i
magron. apud magmas commendabit vaſa
ſua. Tranſierũt curſim. gabaa ſedes noſtra.
Obſtupuit rama. gabaa ſaulis fugit. Hinni
voce tua filia gallim. attende laiſa paupcula
anathot. Migiuit medemena habitatores
gabin cõfortamini. Adhuc dies eſt vt in no-
be ſtet'. Agitabit manũ ſuã ſup montem filie
ſion ⁊ collem hierlm. Ecce dñator dñs exer-
cituũ cõfringet lagunculã in terrore et excel-
ſi ſtatura ſuccident'. et ſublimes humiliabũt'
Et ſubuertent' ꝯdenſa ſaltus eius ferro. ⁊ li
banus cũ excelſis cadet. XI

ET egrediet' virga d' radice ieſſe. ⁊ flos
de radice ei⁹ aſcendet. et req̃eſcet ſup
eũ ſpũs dñi. ſpũs ſapie et intellectus
ſpũs ꝯſilĳ ⁊ fortitudinis. ſpũs ſcie et pietatis.
⁊ replebit eũ ſpũs timoris dñi. Nõ ſm viſio
nem oculorũ iudicabit. neq; ſm auditum au
rium arguet. Sʒ iudicabit i iuſticia paupes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ arguet in equitate ꝑ manſuetis terre. Et ꝑ-
cutiet terrã virga oris ſui. ⁊ ſpũ labiorũ ſuorũ
interficiet impiũ. Et erit iuſticia cingulũ lũ-
borũ eius. ⁊ fides cinctoriũ renũ eius. Habi-
tabit lupus cũ agno ⁊ pardus cũ hedo accu-
babit. Vitulus ⁊ leo ⁊ ouis ſimul morabũt. ⁊
puer paruulus minabit eos. Vitulus ⁊ vrſus
paſcent. ſimul requieſcent catuli eorũ. ⁊ leo q̃-
ſi bos comedet paleas. Et delectabit infans
ab vbere ſup foramina aſpidis: ⁊ in cauerna
reguli qui ablactatus fuerit. manũ ſuam mit
tet. Non nocebunt ⁊ non occident in vniuer
ſo mõte ſancto meo. qꝛ repleta eſt terra ſciẽtia
dñi ſicut aque maris operientes. In die illa ra
dix ieſſe q̃ ſtat in ſignũ populorũ. ipm gentes
deprecabunt: ⁊ erit ſepulcrũ eius glorioſum. Et
erit in die illa: adiiciet dñs ſecũdo manũ ſuã
ad poſſidendũ reſiduũ populi ſui: qḋ relinquet
ab aſſyriis ⁊ ab egypto ⁊ a phetros ⁊ ab ethi
opia. ⁊ ab elam ⁊ a ſennaar ⁊ ab emath ⁊ ab
inſulis maris. Et leuabit ſignũ in nationes: ⁊
cõgregabit profugos iſrl. Et diſperſos iuda col-
liget a quattuor plagis terre ⁊ auferet zelus ef-
fraim ⁊ hoſtes iuda peribũt. Effraim nõ emu-
labit iudã: ⁊ iudas nõ pugnabit cõtra effraim.
Et volabũt in humeros philiſtiim ꝑ mare ſi
mul predabũt filios orientis. Idumea ⁊ moab
preceptũ manus eorũ ⁊ filii ammon obediẽtes
erũt. Et deſolabit dñs linguã maris egypti:
⁊ leuabit manũ ſuã ſup flumẽ in fortitudine
ſpũs ſui: ⁊ percutiet eũ in ſeptẽ riuis. ita vt trã-
ſeant ꝑ eũ calciati. Et erit via reſiduo poplo
meo q̃ relinquet ab aſſyriis: ſicut fuit iſraeli i
die illa qua aſcendit de terra egypti. XII

Et dices in die illa. Cõfitebor tibi do
mine qm iratus es mihi: conuerſus eſt
furor tuus: ⁊ cõſolatus es me. Ecce
deus ſaluator meus: fiducialiter agã ⁊ nõ time-
bo. Quia fortiudo mea ⁊ laus mea dñs. ⁊ fa-
ctus eſt mihi in ſalutẽ. Haurietis aq̃s in gau
dio de fontibus ſaluatoris ⁊ dicetis i die illa
Cõfitemini dño ⁊ inuocate nomẽ eius. Notas fa-
cite in populis adinuẽtiões eius: memẽtote qm
excelſum eſt nomẽ eius. Cantate dño quoniã
magnifice fecit: annũciate hoc in vniuerſa terra.
Exulta ⁊ lauda habitatio ſion: qꝛ magnus i
medio tui ſanctus iſrl. XIII

Onus babylonis. qḋ vidit eſaias filius
amos. Sup montẽ caligioſũ leua-
te ſignũ: exaltate vocẽ leuate manũ
⁊ ingrediant portas duces. Ego mãdaui ſã-
ctificatis meis: ⁊ vocaui fortes meos i ira mea
exultãtes in gloria mea. Vox multitudis i mon
tibus quaſi populorũ frequẽtium: vox ſonitus re
gum gentiũ cõgregetarũ. Dñs exercituũ p̃-
cepit militie belli: venientib9 de terra procul.
A ſummitate celi dñs ⁊ vaſa furoris eius vt
diſperdat omnẽ terrã. Vlulate qꝛ prope eſt di-
es dñi. qꝛ vaſtitas a dño veniet. Propter hoc
oẽs manus diſſoluent. ⁊ omne cor hominis
tabeſcet ⁊ cõteret. Torſiones ⁊ dolores tene
bunt. q̃ſi parturiẽs dolebũt. Vnuſquiſq3 ad
proximũ ſuũ ſtupebit. facies combuſte vultus
eorũ. Ecce dies dñi veniet crudelis ⁊ idigna
tionis plenus ⁊ ire furoriſq3 ad ponendã terrã
in ſolitudinem. ⁊ peccatores eius cõterẽdos
de ea. qm ſtelle celi ⁊ ſplendor earũ nõ expã-
dent lumẽ ſuũ. Obtenebratus eſt ſol in ortu
ſuo. ⁊ luna nõ ſplendebit in lumie ſuo. Et vi
ſitabo ſup orbis mala. ⁊ cõtra impios iniq̃ta
tem eorũ. Et requieſcere faciã ſupbiã infide
lium. et arrogantiã fortiũ humiliabo. Preci
oſior erit vir auro. ⁊ hõ mundo obrizo. Su-
per hoc celũ turbabo. ⁊ mouebit terra delo-
co ſuo: propter indignatiõẽ dñi exercituum et
propter diem ire furoris eius. Et erit quaſi da-
mula fugiens et q̃ſi ouis et nõ erit q̃ cõgreget
Vnuſquiſq3 ad populum ſuũ cõuertet. et ſinguli
ad terrã ſuã fugient. omis q̃ inuentus fuerit
occidet. et ois q̃ ſuꝑuenerit cadet in gladio.
Infantes eorum allident in oculis eorũ diri
pient domus eorũ. et vxores eorũ violabun
tur. Ecce ego ſuſcitabo ſup eos medos: q̃ ar-
gentũ non q̃rant nec aurũ velint. ſed ſagittis
paruulos interficiẽt. et lactantib9 vteris nõ
miſerebunt et ſup filios non parcat oculus
eorũ. Et erit babylon illa ciuitas glorioſa in
regnis. inclyta in ſupbia caldeorũ. ſic ſubuer
tit dñs ſodomã et gomorrã. Non habitabit
vſq3 in finem. et nõ fundabit vſq3 ad genera-
tionẽ et generationẽ. Nec ponat ibi tentoria
arabs nec paſtores requieſcent ibi. ſed requie-
ſcent ibi beſtie et replebũt dom9 eorũ draco-
nibus. Et habitabunt ibi ſtrutiones. ⁊ piloſi
ſaltabũt ibi ⁊ reſpõdebũt ibi vlule in edibus
eius. et ſyrene in delubris voluptatis .XIIII

Prope eſt vt veniat tempus eius: et di-
es eius nõ elongabunt. Miſerebit
eius dñs iacob et eliget adhuc de iſrl:
et requieſcere eos faciet ſup humũ ſuã. Ad-
iũget aduena ad eos. et adherebit domui ia-
cob. Et tenebunt eos populi: et adducẽt eos
in locũ ſuum. Et poſſidebit eos domus iſrl
ſup terrã dñi in ſeruos et ancillas: ⁊ erunt ca-
pientes eos q̃ ſe ceperant: et ſubiiciet exacto-
res ſuos. Et erit in die illa cũ requiem dede-
rit tibi deus a labore tuo: ⁊ a concuſſione tua
⁊ a ſeruitute dura qua ante ſeruiſti: ſumes pa-
rabolam iſtã contra regẽ babylonis et dices
Quomõ ceſſauit exactor: quieuit tributũ. Cõ-
triuit dñs baculũ impiorũ. virgam dominan-
tium cedentẽ populos in indignatiõne plaga

E

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inſanabili:ſubÿcietē in furore gentes: perſe-
quentē crudelit̄. Conquieuit ⁊ ſiluit oīs ter
ra gauiſa ē: ⁊ exultauit: abietes q̄ꝫ letate ſūt
ſup te: ⁊ cedri libani. Ex quo dormiſti nō aſ-
cendit q̄ ſuccidat nos. Infernus ſubt̄ te con
turbatus eſt in occurſuum aduētus tui: ſuſci
tauit tibi gigantes. Omnes p̄ncipes terre ſur
rexerūt de ſolÿs ſuis. oēs p̄ncipes nationū
Uniuerſi reſpondebunt ⁊ dicent tibi. Et tu
vulneratus es ſicut ⁊ nos: noſtri ſimilis effe
ctus es. Detracta eſt ad inferos ſupbia tua:
ꝯcidit cadauer tuū. Subter te ſternet̄ tinea:
⁊ operimentū tuū erunt v̄mes. Quō cecidi-
ſti de celo lucifer q̄ mane oriebaris? Corrui-
ſti in terrā q̄ vulnerabas gentes: q̄ dicebas ī
corde tuo. In celū conſcendā ſupra aſtra dei
exaltabo ſoliū meū: ſedebo in mōte teſtamen
ti. in lateribus aq̄lonis aſcēdam ſup altitudi-
nem nubiū. ſimil̄ ero altiſſimo. Ueruntamen
ad infernū detraheris in p̄fundum laci. Qui
te viderint ad te inclinabunt̄: neq̄ꝫ proſpiciēt
Nunq̄d iſte eſt vir q̄ conturbauit terrā. q̄ cō
cuſſit regna. qui poſuit orbem deſ̄tum: et vr
bes eius deſtruxit vinctis ei⁹ nō aperuit car-
cerem. Omēs reges gentiū vniuerſi dormie
runt in glīa vir in domo ſua: tu aūt p̄iect⁹ es
de ſepulcro tuo q̄ſi ſtirps inutilis pollutus et
obuolutus: cū his q̄ interfecti ſunt gladio: et
deſcenderūt ad fundamēta laci. Quaſi cada
uer putridū nō habebis cōſortiū: neq̄ꝫ cū eis
in ſepultura. Tu eñ terrā tuā diſp̄didiſti. tu
pp̄lm tuū occidiſti. Nō vocabit̄ in eternum
ſem en peſſimorū. Preparate filios ei⁹ occiſi
oni ī iniquitate patrum eorū. Nō conſurgēt
nec hereditabūt terrā: neq̄ꝫ implebunt faciē
orbis ciuitatū. Et cōſurgam ſup eos dic̄ do-
minus exercituū: ⁊ p̄dam babylonis nomen
⁊ reliq̄as ⁊ germen ⁊ p̄geniem dicit dn̄s. Et
ponā eam in poſſeſſionē ericÿ: ⁊ in paludes
aquarū: ⁊ ſcopabo eā in ſcopa terēs dicit do
min⁹ exercituū. Iurauit dn̄s exercituum di
cens. Si nō vt putaui ita erit: ⁊ quomō men
te tractaui ſic eueniet: vt cōterā aſſyriū in ter
ra mea: ⁊ in montibus meis cōculcē eū: et au
feret̄ ab eis iugū eius: ⁊ onus illius ab hūe-
ro eorū tollet̄. Hoc conſiliū qđ cogitaui ſup
omnē terrā: ⁊ hec eſt manus extenta ſup vni
uerſas gētes. Domin⁹ exercituū decreuit: ⁊
quis poterit infirmare? Et man⁹ eius exten/
ta ⁊ q̄s auertet eā? In anno quo mortuus eſt
rex achaz: factum eſt onus iſtud. Ne leteris
philiſtea omīs tu: quoniā cōminuta eſt vir/
ga p̄cuſſoris tui. De radice eñ colubri egre/
dietur regulus. ⁊ ſemen eius abſorbēs volu/
crem. Et paſcent̄ p̄mogeniti pauperū ⁊ pau
peres fiducialit̄ requieſcēt: ⁊ interire faciam

in fame radicē tuam ⁊ reliq̄as tuas interficiam
Ulula porta. clama ciuitas: p̄ſtrata eſt phi-
liſtea oīs. Ab aquilone eñ fumus veniet: et
nō eſt qui effugiet agmen eius. Et q̄d reſpon
debit̄ nuncÿs gentis? Quia dn̄s fūdauit ſiō
⁊ in ipō ſperabūt pauperes populi ei⁹. XV

O Nus moab. Quia nocte vaſtata eſt
ar. moab cōticuit: q̄a nocte vaſtatus
eſt murus: moab ꝯticuit. Aſcēdit do
mus. ⁊ dybon ad excelſa in planctū. ſup na
bo ⁊ ſup medaba moab vlulabit. In cunctis
capitibus eius caluitiū: ⁊ oīs barba radetur
In triuÿs eius accincti ſunt ſacco: ſup tecta
eius et in plateis eius omīs vlulatus deſcen
det in fletū. Clamauit eſebō: ⁊ eleale: vſq̄ꝫ ia
ſa audita eſt vox eorū. Sup hoc expediti mo
ab vlulabūt. aīa eius vlulabit ſibi. Cor meū
ad moab clamabit vectes eius vſq̄ꝫ ad ſegor
vitulā cōternantē p̄ aſcēſum eñ luith flens
aſcēdet: et in via oronaim clamorē cōtritiōis
leuabūt. Aque eñ nemrim deſerte erunt: q̄r
aruit herba. defecit germē: viror oīs interiit
Scđm magnitudinē operis ⁊ viſitatio eorū
Ad torrentē ſalicū ducent eos: q̄ñ circūibit
clamor terminū moab. Uſq̄ꝫ ad gallim vlula
tus eius ⁊ vſq̄ꝫ ad puteū helim clamor eius.
q̄r aque dybon replete ſunt ſanguie. Ponā
eñ ſup dybon additamēta his q̄ fugerint de
moab leonē: ⁊ reliquÿs terre. XVI

E Mitte agnū dn̄e: dominatorē terre
de petra deſerti ad montem filie ſion
Et erit ſicut auis fugiens: et pulli de
nido auolātes ſic erūt filie moab in trāſcenſu
arnon. Ini cōſiliū. coge cōciliū. pone q̄ſi no
ctem vmbrā tuā in meridie. Abſcōde fugien-
tes: ⁊ vagos ne p̄das. Habitabūt apđ te p̄-
fugi mei. Moab eſto latibulum eorū a facie
vaſtatoris. Finitus eſt eñ puluis: cōſumma
tus eſt miſer: defecit q̄ conculcabat terram.
Et p̄parabit̄ in miſericordia ſoliū: et ſedebit
ſup eū in veritate in tabernaculo dauid iudi
cans et querēs iudicium: ⁊ velociter reddēs
qđ iuſtū eſt. Audiuimus ſupbiā moab: ſup/
bus eſt valde. Supbia eius ⁊ arrogantia ei⁹
⁊ indignatio eius: pluſq̄ꝫ fortitudo ei⁹. Idcir
co vlulabit moab ad moab: vniūſus vlulabit
His q̄ letant̄ ſup muros cocti lateris loq̄mi
plagas ſuas q̄niā ſuburbana eſebon deſerta
ſunt. Et vineā ſabama dn̄i gentiū exciderūt
Flagella eius vſq̄ꝫ ad iaſer peruenerūt: erra
uerunt in deſerto: p̄pagines eius relicte ſunt
tranſierunt mare. Sup hoc plorabo in fletu
iazer: ⁊ vineā ſabama. Inebriabo te lachry-
ma mea eſebon et eleale. q̄ñ ſup vindemiam
tuam ⁊ ſup meſſem tuā vox calcantiū irruit
Et auferet̄ leticia et exultatio de carmelo: et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in vineis nõ exultabit neq͡z iubilabit. Vinũ
in torculari nõ calcabit qui calcare conſueue
rat: vocem calcantiũ abſtuli. Sup hoc vẽter
me⁹ ad moab quaſi cithara ſonabit: ⁊ viſcera
mea ad murũ cocti lateris. Et erit cum appa/
ruerit qꝺ laborauit moab ſup excelſis ſuis: i/
gredietur ad ſancta ſua vt obſecret: ⁊ non va
lebit. Hoc verbum quod locutus eſt domin⁹
ad moab extunc: ⁊ nunc locutus eſt dicens.
In tribus annis quaſi anni mercẽnarij aufe=
retur glĩa moab ſup omni populo mlto: ⁊ re=
linquetur in eo ſicut racemus paruus ⁊ mo/
dicus. nequaq͡z multus. XVII
O Nus damaſci. Ecce damaſcus deſi/
net eẽ ciuitas: ⁊ erit ſicut aceru⁹ lapi=
dum in ruina. Derelicte ciuitates a/
roer gregibus erunt: ⁊ requieſcẽt ibi ⁊ nõ erit q̃
exterreat. Et ceſſabit adiutorium ab effraim
et regnum a damaſco: et reliquie ſyrie ſicut
gloria filiorum iſrael erunt dicit dñs exerci/
tuum. Et erit in die illa attenuabit̃ gloria ia=
cob: et pinguedo carnis eius emarceſcet: et
erit ſicut congregans in meſſe qꝺ reſtiterit et
brachiũ eius ſpicas leget. Et erit ſicut q̃rens
ſpicas in valle raphaim: ⁊ relinquet̃ in eo ſi=
cut racemus ⁊ ſicut excuſſio olee duarum vl̃
triũ oliuarũ in ſummitate rami. ſiue quattu/
or aut q̃nq͡z. In cacuminibus eius fructus ei⁹:
dicit dñs deus iſrl̃. In die illa inclinabit̃ hõ
ad factorẽ ſuũ: ⁊ oculi eius ad ſanctu͡z iſrl̃ re=
ſpicient: ⁊ nõ inclinabit̃ ad altaria q̃ fecerunt
manus eius: ⁊ q̃ opati ſunt digiti eius: nõ re=
ſpicient lucos ⁊ delubra. In die illa erunt ci=
uitates fortitudinis ei⁹ derelicte ſic aratra et
segetes q̃ derelicte ſũt a facie filiorũ iſrael. Et
eris deſerta quia oblita es dei ſaluatoris tui ⁊
fortis adiutoris tui nõ es recordata. Propt̃
ea plãtabis plãtationẽ fidelẽ: ⁊ germẽ alienũ
ſeminabis. In die plantationis tue labruſca
⁊ mane ſemen tuum florebit. Ablata eſt meſ/
ſis in die hereditatis: ⁊ dolebit grauiter. Ve
multitudini populorũ multoꝝ vt multitudo
maris ſonantis: ⁊ tumultus turbaꝝ ſicut ſo/
nitus aquarũ multarũ. Sonabũt populi ſic̃
ſonitus aquaꝝ inundantiũ: ⁊ increpabit eũ
⁊ fugiet pcul. Et rapiet̃ ſicut puluis mõtiũ
a facie venti: ⁊ ſicut turbo coram tempeſtate
In tempore veſpe ⁊ ecce turbatio: in matuti
